Universitätsbibliothek Paderborn

Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm, Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm Magistratvvm Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum omnium

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

32 Vno & eodem tempore nolle plures magistratus subire.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52641

Visual Library

nuiuijs, ἐινόπται; qui rationes popoſcerũt agiſtratuum, & curationum, Logiſtæ.

SIGNVM XXXII.

VNO ET EODEM TEMPORE *nolle multa officia, ſeu plures Magiſtratus ſubire.*

CVM vno Magiſtratu defungi, vt decet, laboris plus, quã honoris habeat; & omne puulicum officium in Rep. integrum, & iuſtum requirat virum; nemo ſapiens exiſtimat ſe poſſe ſimul Æneam, & Hectorem; Catonem, & Scipionem in Theatro ciuitatis agere.

Res eſt ſolliciti plena timoris honor.

1. Romani, Macedones, Lacedæmonij hanc legem tulerunt, vt nemo duobus ſimul in ciuitate ingatur officijs, cùm plus oneris ſit in vno, quã nus rectè ſubire ac ſuſtinere poteſt.

Omnis functio publica magnis & multis difficultatibus eſt implicata: ideo fieri nõ poteſt ſine ernicie Reip. vt vnus idemque pluribus Magiſtratibus vtatur. Nam ſi fiat, neceſſe eſt, vt alterum omnino deſerat, ſi alteri (vt decet) pro virili ſeriò ac diligenter attendat.

4. Adhęc plures Reip. claues ac Magiſtratus, (vt nec claui, nec chartæ multarum nauium,) vni cõmitti nõ poſsũt, ſine murmure & grũnitu populi.

5. Rectius ac melius negotia à multis, quàm vno efficiuntur, quemadmodũ manus multos in digitos diuiſa, ad negotia peragenda celerẽ & expeditum vſum habet. *a* Singuli ſingula rectè cõficere poſſunt, plura verò minimè. Quòd ſi facere quis hoc conatur, in ſingulis deficiet; ita vt in nullo egregius euadat. *b*

a Plut de ger Rep.
b Plato 2. de Rep. Ariſt. 2. & 4. Pol.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

6. Ac licet intentum quis animum habeat, ta-
men duas res, magnas præſertim, non modò a-
gere vno tempore, ſed ne cogitando quidem expli-
care quiſquam poteſt. (*Cic. Phil.12.*)

7. Etſi quoque πολυπράγμονες tales initio
placeant, ſint nonnullis admirationi propter in-
duſtriam: tamen oritur poſt tædium, (*Plut. ag-
rend. Rep.*) nec poſſunt tales immunes ac liberi
eſſe à reprehenſionibus. (*ibid*)

8. Plurima mala & incommoda publica oriun-
tur; officia negliguntur, iudicia corrumpuntur,
multi Vicarij, qui peſtes ſunt Rerump. introdu-
cuntur. (*Ariſt. 2. Pol cap. 9.*)

9. Etiam naturæ conditio talis eſt, vt non vni o-
mnia, ſed ſingulis diſtincta det officia: Soli, vt lu-
ceat: igni, vt ardeat: aquæ, vt humectet. (*ibid.*)

10. Adhæc via ita præcluditur conſcendendi ad
honores idoneis. dum vnus plurium vices & ho-
nores occupat. (*Gregor. Tholoſ. 4. de Rep. cap.*)

11. Itaque & Leges Ciuiles multitudinem Ma-
giſtratuum & officiorum prohibent. Extat Lex
Iuſtiniani, quæ eius hanc addit cauſſam: Neutrum
ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragens: ne-
que enim facile credendum eſt, etiam duobus re-
bus neceſſarijs vnum ſufficere. (*lib. 1. Cod. tit.
de Aſſeſſoribus, & domeſt. & Cancell.* Iudicum: &
Digeſt. lib. 50. tit. 4.

12. Apud Plut. de Metrocho quodam omnia a-
gere volenti illud Athenis ciuium ſermone cir-
cumferebatur: Metrochus exercitum ducit, Me-
trochus vias curat, Metrochus farinam tractat,
Metrochus cunctis alijs præeſt: Metrochus mox
PLORABIT: qualis plerumque exitus illorum
eſſe ſolet, qui temeritate vel ambitione quadam

gere omnia volunt. (*Plut. de Rep. ger.*)

Ludouicus Vngariæ Rex à Caſimiro Magno
olonorum Rege in Regni ſucceſſionem adop-
itus, petentibus Polonorum Legatis, & Vngaro-
m Proceribus, vt Regnum ſuſciperet, reſpon-
it: Non ſatis intelligere, neque hos quid ſua-
eant, neque illos quid petant. E neutrorum e-
im re id fore: ſicut neque duobus quidem gre-
ibus expediat vnum paſtorē habere. Duas Reſp.
ra vlla ratione ſine alteriutrius, ſiue adeò vtri-
que malo & incommodo ab vno adminiſtrari
oſſe. Etſi poſt, victus ab Oratoribus, annuerit.
Cromerus lib. 13.

SIGNVM XXXIII.

VIRVM OFFICIO, NON OFFICIVM *Viro quærere: nec officium publicum plus offerenti vendere.*

ALexander *Seuerus* Imp. non vltro ambien-
tes, ſed inuitos & reluctantes publicis of-
ficijs præficere ſolebat: aiebat enim nihil eſſe mi-
rum, ſi qui munus aliquod emerint, idem rurſus
vendant, id eſt, venalem iuſtitiam habeant: (iu-
xta verſum:

Officia non vendere.

Emerat ipſe prius, vendere iure poteſt.)
nec ſine rubore puniri poſſe eum, qui quod emit,
vendit. *AElius Spart. Vide de Ambit.*

Alexius cognomine *Angelus, Orientis Imp.* ini-
tio, ſeu primo die Imperij, proclamari iuſſit, Ma-
giſtratus ſeſe non venditurum; ſed delectu ex

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN